

## Capitulū. XXXII

### De scenoplegia

**S**cenoplegia est festiuitas hebreorum. que tabernaculorum fictio dicebatur. que celebrabatur in memoria expeditionis quando recedentes de egypto in tabernaculis morabantur. ut dicit Iosue. unde scenoplegia dicitur a sceno grece quod latine dicitur tabernaculum. Nec solennitas semper in septembri celebrabatur. quia collectis frugibus de omnibus decimas domino obtulerunt. et leticie ac gaudio tunc specialiter vacauerunt. Frondibus et ramis tomos suas ornauerunt fructus arborum pulcerrime et suauis. i. poma cedri in manibus portauerunt. In decimo autem die eiusdem mensis triplex festum eodem die celebrauerunt. scilicet expiationis. afflictionis. et propiciationis. Nam eodem die summus pontifex intrauit cum sanguine vitule rufe et expiauit sancta sanctorum. et ideo dicitur dies expiationis. eodem die ieiunabat populus pro reatu vituli in deserto. et ideo vocabatur dies afflictionis. dies vero ieiunabatur propiciationis quia tali die auclerunt dominum sibi placatum fuisse et propiciatum super transgressionem vituli idolatre in deserto.

## Capitulum. XXXIII.

### De encenia

**E**ncenia est noui templi dedicatio. cenon enim grece nouum dicitur latine. Hanc solennitatem iudei diuersis temporibus celebrabant. scilicet quod diuersis temporibus vel nouum templum edificabatur vel edificatum de nouo repabatur. sicut iudas machabeus legitur templum dedicasse et renouasse. i. Mach. iij. dedicationis etiam festum tenet ecclesia. Cum enim episcopus ecclesiam circūit aq̄ benedicta ecclesiam aspergit alphanetuz duplex transluerſaliter per pauimentum scribit. parietes signat crismate et linit. thus et thymiana per quinque partes altaris comburit. reliquias includit. altaris ornat et vestit. emunitate per. uilegiū imperdere consuevit.

**C**oncluat liber nonus.

## Incipit liber decimus De materia et forma

### Impleto

**Q**uod tractatu de proprietatibus rerum et partium eius. agendum est de inferioribus rebus et materialibus creaturis. de elementis scilicet et eorum que ex elementis materialiter componuntur. Sunt autem materia et forma omnis rei corporalis principia. ut dicitur in libro de unitate. Materie autem forme priuatio nihil aliud est nisi totius rei destructio. et est materia propria unitati et ei dissimilis. ut dicitur ibidem. Materia autem quanto est natura subtilior et sublimior. tanto ad susceptionem forme est habilior. quanto uero est compactior et terrestrius et a natura celestium remotior. tanto ad susceptionem impressio numerum formalium est debilior. ut dicitur in libro de. v. substantiis. et hoc habet propriam materia sicut ibidem dicitur. scilicet suscipere formam et non suscipi. retinere et non retineri. Principium autem distinctionis diuisionis et alienationis in rebus generabilibus et numerationis est materia. ut dicitur. vij. metha. quia generans non differt a generato nisi secundum materiam. et ideo ubi est generans sine materia. id est substantialiter id est generans et generatum in substantia et natura ut in diuinis. Materia enim est causa indiuiduationis rerum ut dicitur Aristo. iij. metha. quia diuisio speciei per indiuidua est secundum materiam et non secundum formam. Item materia propria appropriat sibi formam propriam. ut dicitur. x. metha. unde secundum substantiam et esse sub una forma est una materia. et sub pluribus plures. Item iij. phisicorum. Causa quantitatis continue et infiniti est materia. subiectum enim continuitatis et quantitatis diuisio est materia. propter quod accidens non potest diuisum nisi secundum diuisionem et quantitatem subiecti. Item materia infinita dicitur. vel quia diuisibilis est in infinitum. vel quia habet appetitum ad infinitas formas. Et ideo propter indeterminationem suorum appetituum et inclinationem ad formas in-

# Liber Decimus

finitas dicitur infinita. et non quod eius finis sit infinita non limitata sed neque coartata sicut virtus est diuina. Et ideo dicit Plato. quod materia fluit in infinitum nisi forma sistat fluxum. et ideo corpora quae multum habent de materia et parum de forma crescunt multum. ut patet in arboribus. et ideo ossa parum habent sensibilitatis. quod multum habet materie et terrestretatis. ut dicit Philoſophus. Latet autem in materia potentia quedam actiua que est forma incompleta. et hec potentia est communis duobus contrariis. unde quando illa potentia ducit ad actum unius forme appetit statim esse sub forma contraria. ut ista potentia que communitate habet ad frigidum et calidum quando actualiter est sub frigido statim appetit esse sub contrario. Unde nulla forma corruptibilium et generabilium potest sufficienter complere potentiam actiuam in materia quin semper appetat impleri per aliam formam. Illa autem forma cum sit disparata non potest induci nisi per corruptionem forme presentis. secundum ergo quod virtus agentis immissa corrumpit presentem sic excitat formam actiuam ad formam contrariam. et dat ei paulatim complementum esse donec fuerit sub esse completissimo illius forme. Has et multas alias proprietates habet materia quas esset hic superfluum recitare. quere tamen supra li. viij. de bonitate mundi.

## Capitulum. I.

**D**e forma  
Et iam recitatis proprietatibus materie. relucet proprietates ipsius forme que secundum Aristotem. in li. de quatuor substantiis est quasi lumen vnicuique pulcritudine essentiali et signum tribuens. Forme autem lumen materie infusum descendendo fit debile et obscurum secundum materie capacitatem. Est autem forma differentia qua differt aliquid ab alio. ut dicit idem. Forma autem alia est essentialis alia accidentalis. Essentialis forma est illa que adueniens materie perficit eam et secundo uenit ad rei alicuius perfectionem. qua posita res ponitur. et qua destructa nihil est rei substantia inuenitur. An. iij. philosophico dicitur. Forma cum materia est causa omnium accidentium. Forma etiam accidentalium non per

facit res neque facit eas sicut dicitur. viij. methaphisica. sed quilibet forma accidentalium indiget forma substantia ali qua est causa forme accidentium. Forma vero omnis simplicior est et actualior et nobilior materia. Et ideo secundum Aristotem. li. de animalibus. Forma se habet per modum virtus. quod potest informare multas materias. sicut vir potest fecundare multas feminas. Unde secundum exigentiam forme que est imprimenda materie oportet in materia disponi et preparari. quia si de materia terre debet fieri ignis oportet ut terra subtilies et depures et simplicior fiat. Si vero e conuerso tunc e conuerso. Est autem forma materie manifestatiua. nunquam enim potest sensu uideri materia nisi substantiali vel accidentali forma sit imbuta. aut per viam priuationis sicut videtur tenebra videndo nihil. et sic auditur silentium non audiendo sonum. ut dicit Calcidius super plato. et commentator super primum methaphisice dicit. Materia est causa quare male videmus res creatas. unde de nihil est communius et generalius. et tamen nihil ignobilius quam sit materia. quod nunquam videtur sine forma. nec etiam potest videri forma nisi cum materie actu sit coniuncta. ubi vero plus est de forma ibi minus est de materia. sicut dicitur. iij. methaphisica. et e conuerso ubi plus est de materia ibi minus est de forma. et est res magis grossa et impura. magis ignobilis et obscura. quanto a nobilitate forme amplius est remota. Formatum autem alia spualis alia corporalis. Corporalis vero alia celestis alia elementaris. Forma autem celestis est ita actiua quod complet totum appetitum materie sue. et ideo propter presentiam sue forme completis totaliter et perficientis celestem materiam substantia celi non potest destrui vel corrumpi sed potius per formam suam que in suo actu perfectissima est in esse perpetuo conseruari. Forma vero elementaris non potest complere tantam potentiam materie sue nec eius perficere appetitum. et ideo relinquit illius potentie materialis aliquid incompletum propter quod semper appetit nouam formam. et ideo talia corpora sunt semper corruptibilia quo ad potentiam et etiam sepius quo ad actum. Quam

to enim forma est nobilior et spiritualior et a conditionibus materie separata magis et abstracta tanto est actualior et virtuosior ut patet in intelligentiis quarum substantia non dependet a materia. sicut dicitur in. iij. de anima. In habentibus materias non est intellectus. Verumtamen angelos non habere in sua forma materia non affirmo. sed siue angelorum essentia sit ex spirituali materia et forma composita. siue non hoc pro certo tenetur quod eorum substantia respectu rerum corporalium simplicissima est et actualissima sicut forma spiritualis. his actualior est quam forma corporalis ut dicitur alibi. unde respectu materie nobilis est forma cuiuslibet mixti. nobilior est forma elementi. nobilissima autem est forma corporis quinti siue celi. sed omnes istas formas incomparabiliter in nobilitate et actualitate spiritualis forma siue sit in angelo siue in anima precellit. Et hec de proprietatibus forme et materie prout ad hoc opusculum pertinet dicta iam sufficienter.

## Capitulum. II.

**D**e elemento  
Elementum secundum Constantinum est simpla et minima corporis compositi particula. Minima autem dicitur quo ad nos. quia sensu non percipitur. Est enim particula minima et ultima in corporis resolutione sicut fuit in prima compositione. Dicitur autem simpla. non quia simplex sit elementum sine compositione aliqua. sed quia non habet partes aliquas componentes specie et numero differentes. sicut aliqua corpora que sunt mixta. ut patet in metallis quorum partes differunt. Pars enim quedam est aer que dicitur terra. et sic de alijs. sed quelibet pars ignis est ignis. et sic de ceteris. Dicitur autem elementum quasi elementum secundum Aristoteli corum. ab illo. eo quod omnium corporum sit materia et quasi primitivum fundamentum. et secundum aliquos dicitur quasi elementum siue alimentum. eo quod omnia corpora aluntur elementaribus qualitatibus et augmentantur. Sunt autem quatuor elementares qualitates. quarum due sunt actiue scilicet caliditas et frigiditas. et due

passiue scilicet siccitas et humiditas. quarum convenientie et differentie superius in quarto libro planius describuntur. quere ibi. Inter qualitates autem elementares contrarietas est et repugnantia ratione quarum ad inuicem agunt et patiuntur et generantur et corrumpuntur. quantumcumque autem ad inuicem contrariantur per insuetudinem tamen celi et planetarum virtutem conciliantur in suis effectibus et ad concordiam reducuntur. et ideo quodam modo nature nexu coniunguntur. Nam ignis et aer conveniunt in caliditate. Quis discipant in siccitate et humiditate. Aer vero et aqua in humiditate conveniunt. sed discordant in frigiditate. sed aqua et terra concordant in frigiditate. sed discordant in humiditate et siccitate. Ignis autem et terra que sunt elementa summe distantia secundum situm conveniunt in siccitate. discorveniunt tamen in frigiditate. quia terra frigida est substantialiter et in ultimo. ignis vero essentialiter calidus est et in summo. Ex istis autem elementis quatuor duo sunt nobilioris substantie et purioris. et leuioris scilicet aer et ignis. et ideo a centro ad circumferentiam motum habent et naturaliter mouentur sursum. et ista duo contrahunt nobilitatem suam quoad virtutem operationem et substantiam ex vicinitate orbis siue celestis corporis a quo recipiunt influentiam mobilitatis et virtutis. Nam virtus celestis primo insuit super spheram ignis et per ignem super spheram aeris. et ideo hec duo elementa sunt ceteris sublimiora quo ad situm. abilioz quo ad motum. puriora et subtiliora quo ad substantiam. clariora et magis perspicua quo ad formam. virtuosiora quo ad actum. Duo autem elementa sunt inferiora scilicet aqua et terra ceteris duobus naturaliter grauiora. motu a circumferentia ad centrum versum habentia per aggregationem partium. et compactionem spissa et obscura. et ideo predictis duobus sunt grossiora et materialiora plus habentia de materia quam de forma. Unde propter summam elongationem a sphaera orbis celestis virtuti motiue celi non ita sunt obedientia sicut duo prima. Namque enim

# Libere Decimus

sunt elementa ociosa. imo in agendo et patiēdo sunt cōtinuā. vnde nunquā quiescunt a generatione et motu. Terra enī et si quiescat a motu nunquā tamē quietē et cessationē recipit ab effectu. et sicut nō sunt ociosa ab actu. sic non sunt vacua ab ornatu. Nam quodlibet elementum habet ornatū suū. ignis sūdera. aer volatilia. aqua natatilia. terra gressibilia vt dicit Beda. De quibz aliqua auxiliāte domino breuiter sunt dicenda.

## Capitulum. III.

**I**gne  
Ignis est corpus simplum in vltimo calidum et siccum. vt dicit Constat. Naturaliter enī super aerē se querit. Per violentias enī aere vel in terra detentus paulatim in mollēaerem euanesct. vt dicit Phil. Proprietates autē ignis tangit dionysius in hierarchia angelica. c. xij. Ignis inquit est corpus sensibile. longe excellētius et subtilius omnibz alijs rezo corporalibz et nature spūali proximū ac per hoc effectum suū dissimilius cunctis alijs demōstrat. Ignis enī in omnibz est et per omnia dare se cōsueuit et ab omnibz non remouetur. Est tamē occultus incognitus imēnsurabilis inuisibilis quōdamō incorporeus potens ad actionē ppriam mobilis tradens se omnibz quoquo modo appropinquantibz mouens vniuersa se participantia. renouatur omni nature custos. illuminatur cum circūelatus splendoribus. clarus. discretus. distinguens et resiliens. deorsum pascens et sursum mouens. acute means. excelsus. non recipiens ignominia minorationis. semp motuus. comprehensiuus. et mutatuus in se reuertens potenter actiuus etc. Per verba dionysij diuinissimi pfundissima sūt Describunt enī ignem quo ad eius substantiam virtutem et operationē. Unde ad declarationē predictorū verba cōmēnemus. Ignis enī inter omnia elementa situm habet sublimiorē. et hoc quia naturam habet leuiorem. Et ideo dicitur excelsus. quia pondere carens sublime

querit vel petit. supereminet vniuersis. et quicquid corporeū est preter ipsius naturaliter sub eo subsistit. Item inter omnia elementa naturā habet puriorem et subtiliorē. et dicitur quōdamōdo incorporeus. quia propter subtilitatem suē substantie preter subiectā materiam sensu non videtur propter hoc etiā videtur multū nature spūali proximū. quia quōdamōdo videtur ignis esse medius inter visibilia et inuisibilia. Inquātum autē illis appropinquat superiorū est incorporeus. sed inquātum appropinquit inferioribus corporeus est. Item naturā habet ceteris elementis actualiorem et in agendo fortiorē. et ideo dicitur imēnsurabilis quia eius virtus et operatio crescit in infinitum. si materia fuerit infinita. Quod enī materia subiecta sufficit ignis non deficit sed semper potius crescit. Item naturam habet occultiorē. et ideo dicitur occultus. quia in sua essentia sensibilibz nō videtur. inuisibilis et incognitus dicitur. quia sine substantie materia sensu non percipitur. Quid etiā fit in sua essentia seu substantia vix cognoscitur intellectu. Item virtutē et naturam habet alijs mobiliorē. et ideo dicitur mobilis et potens omnū. quia in igne est principium virtutis motue. qz mouet se et alia et a nullo inferiori se mouetur. Item naturam habet ceteris inferioribz clariorē Unde dicitur qz ignis est illuminatiuus quia claritate sua omnia illuminat. sed cum circūelatus splendoribus. Nam splendor radij foris emicant sed circū uelantur. quia sursum ad secretū suē substantie sinū reducti a nostris sensu occultantur. Item ex subtilitate suē substantie virtutē habet omnibz alijs acutiorē et penetrabiliorē. propter quōd dicitur acute means. quia pprie virtutis motu subintrat sine resistentia et penetrat vniuersa. Item ignis habet virtutē sui et aliorū manifestatam et distinctiuā. Nam se manifestando alia sibi obiecta manifestat eorum colores et figuras oculis representans. et ideo dicitur clarus. manifeste discretus distinguens. Item vniuersa habet inferiorem ad superiora attractiuā. nā materiam

In quā agit rarefaciendo dissoluit et ca-  
 loris sui violentia sursum trahit propter  
 quod dicitur deorsum pascēs et sursum tra-  
 hēs. Item virtutē habet renouatiuam.  
 Omnia enī veterascūt antiquātur et ve-  
 ficiunt que virtute ignea nō seruātur vt  
 patet in senibz in quibz reficit calor na-  
 turalis. Et ideo dicitur renouatur om-  
 niū et etiā nature cultos sine enī virtute  
 ignis nō potest subsistere virtus alicui⁹  
 corpis naturalis. Item virtutē habet im-  
 mutatiuā. quia omniū naturā in quam  
 agēdo superat cōuertit in suam speciem et  
 trāsmutat. et ppter hoc dicitur apprehēsi-  
 uus et imutatur. Nam materiā in quam  
 agit apprehēdens illā non refert. sed cō-  
 sumēdo in suā similitudinē cōuertit. ap-  
 prehēdēs autē non apprehēditur. quia  
 cōsumpto eo in quod agit in se resilit at-  
 que redit. Et ideo dicitur resiliens et cetera. Item  
 virtutē et naturā sui ipsius comunicatiuā  
 habet et sine diminutiōe diffusiuā. et ideo  
 dicitur nō recipere ignominia minoratio-  
 nis. quia sicut cū effundit non auget sic cū  
 recipitur nō minorat. neque in eo quod vide-  
 tur augmentū recipere est capiēs gloria.  
 neque in eo quod putat minor sustinet cōtu-  
 meliā. Item naturā habet purgatiuā. me-  
 tallā enī que nō potest plumere a scoria  
 et rubigine mūdificat expurgat et mūdā  
 Item virtutē habet sapoz et hūoz alterati-  
 uā. vñ et humores in corpe excoct et dige-  
 rit et cibos crudos cōsumēdo i eis supflua  
 lapidos et sanos reddere cōsuevit. Item  
 virtutē habet sue substantie per rerū olm.  
 et cōmixtorū corpoz essentia diffusiuam.  
 quia in rebus omnibz inuisibilis est in-  
 clusus. quē includi actualiter nō videā-  
 tur quod inde est manifestū. quia ex for-  
 ti corpoz solidoz allisione ignis excuti-  
 tur in quibz esse nullaten⁹ putabatur. Item  
 ignis subtilitate sua substantiali habet  
 virtutē sui cum alio corpe immediatissi-  
 me vnitiuam. vt patet in ferro ignito et  
 carbone inflāmato et hūmōi. i quibz ignis  
 ita sū omnes sui partes singulis ferri et  
 carbonis particulis coniūgitur vt videā-  
 tur vna substantia et alterius sensibilis  
 distantia penitus nō sentitur. Unde et  
 triplex ignis species a pbis diffinitur.

Est enī ignis lux. ignis flāma. ignis cas-  
 to. Ignis enī est in sua spera lux. sed flā-  
 ma dicitur in materia aeris. casto autē  
 in substantia terrea siue in feculētia mate-  
 rie grossioris. Has et multas alias ha-  
 bet ignis proprietates de quibz supra libro  
 scdo in tractatu de ordine seraphin. et li-  
 bro quarto de qualitatibz elementaribz  
 s. de calore querere ibi. Nam ea que dicta  
 sunt hic sufficiant.

### Capitulum. III.

**De flamma.**  
**F**lamma ē materia ignea in sub-  
 stantia aerea accēsa. Nam aer  
 propter sue substantie subtilitatē et ime-  
 diatam quā habet cū spera ignis vicini-  
 tatem de facili ignitur et in naturā igneā  
 cōmutat. et sūm quod substantia aerea est pu-  
 rior tanto flāma erit lucidior et clarioz  
 et nature lucis similior videbit. Non  
 tur autē flāma naturaliter sursum et ab  
 omni parte rei accense linealiter in acu-  
 tum tendit et in cōnū vnde in sua extre-  
 mitate habet formā pineā et acutā. vnde  
 in suo acumine ppter cōcursū radiozū  
 in angulo acuto fortius caloris sui imp-  
 mit actionē. et ideo quod in summo pirami-  
 dali angulo calidior existit materiā sibi  
 oppositā inflāmā facilius et accēdit. Ca-  
 lozem sūm materiā in quas agit recipit.  
 Unde si materia ē turbida et fumosa tur-  
 bidam et obscurā reddit lucem. et ecōuer-  
 so si materia fuerit trāsparens et pura in-  
 tilat et luminosos radios vndiqz circūfun-  
 dit. tenebrosa illuminat et abdita prodit.  
 viam et vie offendicula ambulantiū on-  
 dit. propter sui leuitatē et materie aeree  
 mobilitatē in quā agit. In motu est cō-  
 tinuo et nunquā penitus requiescit. vnti-  
 modicū impulsus flāmā excitat et accēdit  
 sed si fuerit nimis vehēmēs flāmā dissipa-  
 pat et extinguit. tortuose et amfractuose  
 aerem impellit et inue. et ideo mouet cir-  
 culariter et incendit. vt dicit mar. An-  
 te vulcanā unone in terrā piecus sūm  
 figmēta poetica claudis fuit. ex violen-  
 tia sui mot⁹ partes materie i quā agit in-  
 uicē allidēdo cōcutit et ex ptiū collisione  
 mutua sonū facit locuz supiozē querere

# Liber Decimus

fatagit et materias cui per incorporationem adheret ad inferis ad superiora attrahere non resistit.

## Capitulum. V.

### De fumo

**F**umus est vapor ex partibus materię subtilioribus et humidioribus caloris resolutus. Habet autem graues partes mixtas cum leuibus ex quibus obscuritatem contrahit et fetorem unde aerem tenigrat et in naturam fumigabundam conuertit. Emanatione enim ex materie sue grossicie contrahit. ex cuius acumine oculos amarecat ac lachrymas puocat. sensibiliter visus ledit suo acumine et ad cerebrum penetrat et spiritum animalem grauat et persequens naturalem unde dicitur in libro naturalium quod fumus candele extinguit ledit pregnantes intantum quod si equa parturians tale fumum senserit faciet abortiuum. fumus etiam apibus etiam est inimicus et ledit accipitres et alias prode aues. ut idem dicitur. fumus insuper cito moritur postquam oritur ut dicitur glo. ibi. Sicut virgula fumi. Cito enim in altum ascendit et subito euanescit ex igne oritur et antequam appareat ignis apparere videtur. a vento mouetur. et dispersitur multipliciter circumfertur. fumus etiam ostendit ventus a qua parte veniat. quod illic fumus tendit quo ventus ipsum agitat et impellit ut dicitur Greg. domos tenigrat et inficit. et in parietibus generat fuliginem atque nutrit. loca angulosa pent et in eis infectionis vestigia imprimit et derelinquit. Fumus etiam aromaticus a speciebus aromaticis resolutus est sensui olfactus delectabilis et amicus. Cerebrum namque est confortatum et spirituum cordis et capitis reparatiuus. reumaticus et nocuus fluxus restrictiuis de siccatiuis contractiuis et pororum obstructorum aptiuis et ad confortationem nervorum ad interiora penetratiuis. serpentium et venenosorum animalium et reptilium fugatiuis. Omne etiam fumum et maxime odoriferum odium etiam colubrum et serpentes. ut dicitur Greg. Fumus insuper a cibo vel potu resolutus vi caloris ascendens ad cerebrum nervos sensibiles opilat et somnum generat et sensus exteriores ligat. et per consequens calorem naturalem ad interiora reuo-

cat et virtutem in interioribus adiuuat et confortat. Si vero fuerit fumus melancholicus vel nimis acutus aut venenosus ex cibo vel potu aut ex medicina nocua resolutus ad cerebrum aduolat. virtutem animale ag grauat timorem generat ut in melancholicis frenesim et furorē excitat. ut in freneticis et ebriosis. obliuionem et erespilam generat ut in letargicis. sensus et rationis visum priuat ut in epilepticis et caducis. Das et multas alias infert corpori fumo fitas pessimas passiones et nocuas. fumi etiam a terra et a mari virtute caloris ad superiora attracti aerem inficiunt et condensant. nubes et nubila generant. ventis tempestatibus et alijs aeris passionibus fomentum et materiam administrant. radios solares in aere intercepti et obubrant. et hec de fumo dicta sufficiant.

## Capitulum. VI.

### De cartone

**C**artus est ignis actualiter incorporatus terrestri materie et unitus. ut dicitur Raba. unde ignis per sui incorporationem partibus grossioribus terrestribus admixtus per quandam violentiam inferius retinetur unde sicut ignis in flamma mouetur sursum sic cartus crepitando et scintillando grauitate materie deorsum inclinatur. Cartus itaque quoniam ignis vertitur in rubrum. sed quoniam extinguitur induit nigredinem et oino perdit pristinam ignis spem et decozem. unde quanto fuerit pulchrior ex sui ad ignem prima unitate siue unione tanto apparet deformior et vilior in ipsius ignis extinctione. In cartone autem substantialis humiditas totaliter consumitur. et ideo de facili rumpitur et frangitur quoniam humor qui fuit causa coadheretie partium ignis totaliter violentia exhauritur. et ideo in cartone extincto per se per se de facili rumpitur. quod nihil humiditatis per quam partes cohererent in ipsius substantia inuenitur sicut dicitur Greg. partibus terrestribus solū remanentibus propter dominium siccitatis de facili ignis et accenditur. Sed postquam accensus fuerit facilliter reextinguitur. ita quod in eo nihil est ignis vestigio propter nigredinem reperitur. nigredine enim sua polluit et inficit quicquid tangit. Cartus etiam ignis acutissimus

mum habet ignem et summe actiuū et pe-  
netratiuū unde sui acumie ferrū coquit  
et partes eius resoluēdo et relaxando re-  
mollit. suo etiā acumine caput ledit. sub  
cinere aut inuolutus in se ignes retinet  
et custodit. detectus aut et frigidus aeri ex-  
positus in fauillarū multitudinē redigit  
et per se subito euanescit. vt dicit Greg.  
Carto vero si ignis fuerit plantas ocul/  
cantis vrit et ledit. extinctus vero quibus  
vrendo non ledit tangentē. stridorem ta-  
men et strepitū magnū facit.

## Capitulum. VII.

### De scintilla

**S**cintilla est modica ignis par-  
ticula ex materia ignea virtute  
et impetu caloris dissoluentis resoluta.  
vnde motus scintillaris est subitus. vi-  
enim ignea subito resolutur ac sursum  
mouetur. sed ex grauiate partis terre/  
ris ad centrū tandē inclinatur. Item  
motus eius clarissimus est ad modū stel-  
le et luminosus. et per diffusionē sue ignei  
tatis in aere apparet vndiq; radiosus.  
Est p̄terea motus eius ad modū ignis  
actiuus et virtuosus. Nam modica san-  
tilla in fungo vel in stipula recollecta in  
ignem maximū subito augmētatur. ac/  
vis immutatione subito euanescit. et ex-  
tincta nihil nisi fauillas post se relinquit  
vento tempato seu flatu accenditur. im-  
petuosa aut extinguitur. aerem impellē/  
do penetrat et tamen in penetrādo ipsum  
aerem parū alterat aut immutat. quan-  
to ignis est fortior tanto scintillaris mo-  
tus siue impetus erit maior. Ex mate-  
ria viridi vel humida scintille grossiores  
et in suo effectū penetrabiliores generā/  
tur. vrit tamen pauciores.

## Capitulum. VIII.

### De fauilla

**F**auilla a fouendo est dicta eo q̄  
ignem foueat atq; tegat. Est ci-  
nis modicus de extinctione scintillaris  
materie derelictus. vt dicit Isid. Est autē  
fauilla tenuis mollis. subalbida et sicca  
atq; leuis in superficie carbonis igniti ad-  
herens fulgore eius heret. et feruorem

eius attenuat et minorat. Ad modicum  
venti flatū dispergit. dispersa vero vix vn-  
q; colligitur. vt dicit Greg. et facili in-  
flāmat. sed p̄pter defectū nutrimenti  
subito extinguit. Fauilla etiā quādo est  
igne venti raptu sursum tendit. extincto  
aut p̄prio pondere ima petit. vt dicit Greg.  
vnde deorsum redit motu p̄prio. sed sur-  
sum extollit. et raptu motu alieno.

## Capitulum. IX.

### De cinere

**C**inis a cadēdo est dictus. nam  
ex substantia materie terrestris vi  
caloris resolutus generatur. vt dicit Isid.  
Est autem cinis mollis respectu coloris.  
amarus sicuti est saporis. partes habet  
minutissimas et tenuissimas leui flatu  
sparsionis et diuisionis receptiuas. Ci-  
nis etiā virtutē habet colatiuā siue mū/  
dificatiuā. vnde valet ad restū ablutio-  
nem. habet etiā vim corrosiuā et desicca-  
tiuā. vt dicit Costan. Cinis insup si fue-  
rit calidus ignē ab eo tectus custodit. si  
vero fuerit frigidus restituit et extinguit.  
Cinis etiā p̄ multā ignis flagrationē  
et violentiā suā formā vlem et obscuram  
aliquoties cōmutat in spēm vitreā atq;  
clarā. nam ex materia cinerū solet fieri  
vitruū. vt dicit Grego. Hoc autē habet ci-  
nis defectus et imperfectionis. qz quibus quo-  
tidie aque vel pluuie irrigationes susci-  
piat. sterilis tñ manet. vnde terrā quas  
tangit nō fecundat. sed potē si sterilis fue-  
rit reddat steriliorē et in omnib; viliores  
Et hęc de libro decimo sufficiant.

## Incipit liber un- decimus De aere et passionibus eius.

### Et est dictus

**A**er est dictus  
eo q̄ ferat ignes et ab aq̄  
feratur. vt dicit Isidorus.  
Aer autem partim perti-  
net ad materiam terre/  
stem. partim ad mate-  
riam celestem. vt dicit Beda. Nam pars  
aeris superior pura clara et quieta. vbi p̄/  
cellosi et vctosi motus nō possunt attinge-